

Archivio Salvago Raggi.

INDICE dei documenti trascritti.

- Inv. 306, doc. n. 3. *Sintesi dei privilegi e delle investiture imperiali, dal 1175 al 1497.*
- Inv. 292, doc. n. 26. *Accordo tra Stefano Spinola e la comunità di Ronco. 1535.*
- Inv. 268, doc. s.n. *Presa di possesso della metà del luogo di Ronco [...]. 1544.*
- Inv. 268, doc. s.n.. *Giuramento di fedeltà fatto dagli uomini di Roccaforte [...]. 1596.*
- Inv. 646, doc. s.n. [...] *Privilegio di battere monete [...]. 1608 [Copia del 1647].*
- Inv. 292, doc. n. 52. [...] *Fabbricazione di canne d'archibugio [...] [Ronco]. 1608.*
- Inv. 293, doc. s.n. *Ordini per il maestro di scuola in Ronco [...]. 1612.*
- Inv. 251, doc. n. 98. *Istruzione per i commissari della Valle Scrivia [...]. 1666.*
- Inv. 319, doc. n. 2. *Visita della giurisdizione di Roccaforte [...]. 1677.*
- Inv. 265, doc. s.n. *Permesso accordato a Stefano Spinola di leggere libri proibiti [...]. 1728.*
- Inv. 353, doc. n. 61. *“Capitoli di amichevole composizione [...]” [Borgo Fornari]. 1730.*
- Inv. 361, doc. n. 35. *Confine tra i feudi di Busalla e di Borgo Fornari. 1730.*
- Inv. 353, doc. n. 88. *“Proibizione de’ giuochi tanto in Ronco che al Borgo de’ Fornari”. 1773.*
- Inv. 333, doc. n. 23. [...] *Proclama contro “giovinastri libertini” [...]. 1777.*
- [Doti] - Inv. 355, doc. n. (5). *“Renontia fatta per la signora Diana Spinola”. 1573.*
- [Doti] - Inv. 355, doc. n. (6). *Napoleone Spinola [senior] sposa Vittoria Pinelli. 1577.*
- [Doti] - Inv. 355, doc. n. (13). *Napoleone [junior] sposa Geronima M. Brignole. 1637.*
- [Doti] - Inv. 355, doc. n. (30). *Maria Maddalena figlia di Stefano Spinola sposa Gio. Francesco Negrone”. 1686.*
- [Doti] - Inv. 355, doc. n. (44). *Maria Emilia Teresa Brignole Sale sposa Carlo Spinola. 1771. In allegato: rescissione del matrimonio. 1773.*

Inv. 306, doc. n. 3.

Sintesi dei privilegi e delle investiture imperiali, dal 1175 al 1497.

Nel 1175 l'imperatore Federico Barbarossa concede l'investitura a Oberto e Eliano Spinola; nel 1230 l'investitura è confermata da Federico secondo; nel 1312 l'imperatore Enrico [Arrigo VII di Lussemburgo] investe Vergagni, Mongiardino, Carrega e San Cristoforo a Battista q. Eliano, Gerolamo q. Oberto e altri cugini; nel 1313 sono concessi i feudi di Serravalle, Arquata, Stazzano, Pastorana, Castelletto, San Cristoforo, Cremona, Soriana e Bisio; nel 1497 Massimiliano primo concede la Rocca a Napoleone Spinola.

In allegato: conferma da parte dell'imperatore Federico II a Battista Spinola q. Eliano e Gerolamo Spinola q. Oberto, di Genova, dell'investitura dei feudi di Vergagni, Mongiardino, "Cadreghe et Sancti Petri Christophori", concessa dall'imperatore Federico [Barbarossa] nel 1175 e rinnovata nel 1230 e nel 1312.

[Sul verso:] 1230. Privilegio fatto dal Enrico imperatore a signori Oberto et Eliano Spinoli delli feudi di Vergagni, Mongiardino, Carrega e San Christofforo, l'anno 1230.

La prima investitura è di Federico Barbarossa, data in Pavia l'anno 1175 a Uberto et Eliano Spinola.

La seconda è di Federico secondo, data sotto Brexia l'anno 1230 ad Uberto ed Eliano Spinola.

La terza è di Enrico, data in Pisa l'anno 1312, a Battista q. Eliano e Geronimo q. Uberto Spinoli et alli altri loro cugini.

Li feudi nominati sono Vergagni, Mongiardino, Carega, San Cristopharo.

Del meddesimo Enrico settimo v'è un'altra investitura data in Pisa l'anno 1313 ad Opicino Spinola delli feudi di Seravalle, Arquata, Stazano, Pastorana, Casteleto, San Cristoffaro, Cremona, Castello di Soriana con la villa, curia, torre e pertinenze et il castello di Bisii.

Maximiliano primo, l'anno 1497 investì al signor Neapolione Spinola la Rocca et ad altri signori altri feudi che l'erano toccati in parte loro, e successivamente secondo li ripparti sono state concesse l'investiture.

+

Henricus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis Sacri Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum accedentes ad nostre maiestatis presentiam. Nobiles viri Baptiste quondam Eliani et Hieronimus quondam Uberti de Spinulis Ianue, eorum nomine ac nomine et vice aliorum nobilium ipsius sobolis fidelium nostrorum nobis humiliter supplicarunt quatenus privilegium dive recordationis Federici imperatoris romani predecessoris nostri confirmatum per dive recordationis Federicum secundum imperatorem romanum etiam predecessorem nostrum, ad instantiam eiusdem confirmare de benignitate regia dignaremur, cuius confirmationis et privilegii tenor talis est.

In nomine sancte et individue trinitatis, Federicus secundus, divina favente clementia romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, iustis fidelium nostrorum petitionibus condescendere cogimur, ea propter notum fieri volumus universis imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod Elianus quondam Baptiste et Ubertus quondam Federici de Spinulis Ianue, fideles nostri pro parte eorum et successorum suorum quoddam privilegium divi augusti imperatori Federici avi nostri, memorie recolende liberale dudum indultum antecessoribus predictorum supplicantium nostro culmini presentarunt humiliter supplicando ut illud innovare et omnia que continentur in eo confirmare de nostra gratia dignaremur, cuius tenor per omnia talis est. Federicus, divina favente clementia romanorum imperator augustus imperialis maiestatis adeo nobis collatum et persuadet et offitium postulat ut de nobis et imperio bene merentibus imperialis gratie munificentiam beneficemus et equidem in illis gratiosius quorum fides et devotio nobis famulantur, ea propter notum facimus universis imperii fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod nos considerantes preclara et honesta servitia que nobis Elianus et Ubertus de Spinulis tam constanter quam frequenter et noti minus fideliter exhibuerunt eisdem eorumque heredibus ac successoribus descendentibus castra Vergalii, Montisgiardini, Cadreghe et Sancti Petri Christophori concedimus eosdemque de ipsis castris collectis pedagiis, gabellis, honoribus, decimis aliisque preminentis intra ipsorum castrorum confines et supra seu positis in signum familiaritatis in perpetuum pacis osculo feudum investimus, cum omnibus molendinis ac aliis hedeftiis super ipsorum castrorum et villarum a quis erectis et in futurum errigendis, quorum hedeftiorum, aqueductus si quando aquarum

diluvio et inundatione destruerentur eos per eorum vassallos restaurari facere posse, lignamine ac feramento, exceptis valeant eis imperiali auctoritate confirmamus et investimus, statuentes igitur firmiter sancimus ut nulla prorsus persona, parva vel magna, secularis vel ecclesiastica, nulla civitas, nullum comune, nullus locus, nulla potestas hanc nostre maiestatis paginam audeat attentare, quod qui facere presumpserit, mille libras auri pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum iniuriam patienti huius rei. Testes sunt Philippus Collonna archiepiscopus et Italie archicanzellarius, Ciprianus Magnutinus sedis archiepiscopalis et Hirnaldus Tremontanus archiepiscopus. Datum Papie anno Dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo quinto, indictione octava, decimo secundo callendis septembris.

Nos igitur, attendentes devotionem sinceram quam dicti investiti et eorum successores celsitudini nostre exhibuerunt ac hodie exhibent, suprascriptum privilegium divi augusti imperatoris avi nostri Federici liberaliter dudum indultum dictis Eliano et Uberto, de verbo ad verbum inseri iussimus omnia que in eo continentur de imperialis preheminentie gratia confirmantes addentes ipsis nobilibus potestatem sumendi decorum vassalis et subditi omne genus tormentorum et penarum secundum quod et eorum delicta meruerint et per leges provisum fuerit et prout delictorum acerbitas meruerit imperiali sanctientes edicto ut nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis predictos feudatarios vel eorum successores contra presentes, privilegii et confirmationis tenorem temere impedire presumat, quod qui presumpserit mille libras auri pro pena cumponat, medietatem scilicet camere nostre et reliquam passis iniuriam applicando ut autem hec nostra innovatio et confirmatio robur perpetue firmitatis obtineat presens privilegium fieri et sigilli maiestatis nostre iussimus communiri, cuius rei testes sunt Hermano Herlifolensis, Manfredus marchio Lautensis et Gulielmus Valentis archiepiscopus. Datum in castris in obsidione Brixie, anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigessimo, de mense septembris, regnante imperio nostro anno decimo octavo, regni Hierusalem XIII^o, regni Sicilie quadragesimo primo.

Nos igitur, attendentes fidem sinceram quam antecessores ipsorum supplicantium et Sacrum Imperium semper habuerunt predictum privilegium et in eo contenta approbamus et confirmamus, nulli ergo hominum liceat hanc nostre approbationis et

confirmationis paginam infringere, quod qui facere presumpserit gravem indignationis nostre offensam et penas superius expressas se noverit incursum. Datum Pisis tertio decimo callendas maii, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione quarta.

WWW.CESECU.IT

Inv. 292, doc. n. 26.

Accordo tra Stefano Spinola e la comunità di Ronco (con elenco dei nomi). 1535, 1° giugno.

In seguito alla lite e questione mossa da Stefano Spinola di Giacomo, uno dei consignori di Ronco, rappresentato da Ambrogio Fontana di Fegino, contro gli uomini e la comunità di Ronco, come consta dagli atti del podestà del luogo, per la quale lite la comunità ha già sostenuto molte spese, divise tra gli uomini elencati (con l'esclusione degli abitanti di "Cepulina" e di "Mons Ieroli"), si giunge alla seguente convenzione per la nomina di due o tre uomini tra gli elencati, allo scopo di raccogliere merci o denaro per portare la lite alla conclusione.

Atto rogato dal notaio Nicolò de Guido; testimoni Iovanni Maria de Anellis q. Giovanni e Oliverio de Oliveriis q. Francesco.

In nomine Domini, amen. Cum hoc fuerit et seu quod mota fuerit seu quedam lix et questio per magnificum dominum Stephanum Spinulam domini Iacobi, ex condominis Ronchi, sive per dominum Ambrosium Fontana de Fegino, eius syndicum, contra homines seu universitatem totius communitatis Ronchi et pertinentiarum, ut constat in actis curie spectabilis domini Potestatis dicti loci, in qua quidem lite dicta universitas iam multas expensas fecerit et etiam tenetur facere.

Et cum dicti homines et seu maiorem partem eorum velint facere inter eos eaque dicetur pati expensas tam factas in dicta lite quam etiam fiendas usque in finem pro rata, secundum registrum eorum.

Quorum nomina dictorum hominum sunt ut infra.

Et primo Ambrosius Balbus q. Baptiste;

Ambrosius Molinarius q. Bastiani;

Ioannes Brunus q. Hieronimi;

Nicolaus Valerius q. Andree;

Ioannettinus Ivertolus q. Enrici;

Bartholomeus Barolerius q. Antonini;

Iulianus Balbus q. Ioanetelli;

Ioannes de Cabella q. Dominici;

Dominicus de Coresia q. Petri;

Iacobus Balbus q. Guglielmi suo proprio nomine et nomine et vice Antonii eius fratris
q. Blaxini et Ioannes de Agletis q. Hieronimi, pro quibus de rato habendo promissit etc.;

Bartolomeus Gattus q. Pagani;

Nicolaus de Martinis q. Martinelli;

Ioannes Baptista de Agletis q. Ioannis;

Baptistinus Balbus q. Antonii;

Iacobus Claparius q. Ioannis;

Antonius Boracha q. Damiani;

Ieronimus de Guidobonis q. Constantii;

Sentinus de Comati q. Antonii;

Gregorius de Frasinetus q. Antonii;

Martinus Tinellus q. Laurentii;

Ioannettinus Gattus q. Simonis;

Martinus de Guidobonis q. Antonii;

Ricardus de Guidobonis q. Petri;

Bastianus Navonus;

Franciscus Brunus q. Antonii;

Ioannes Balbus Ioanetti;

Ioannes Mutius q. Ugolini;

Bartolomeus Boschus q. Ioannini;

Dominigottus de Collavella q. Ambrosii¹;

Benedictinus de Semino q. Landini;

Hieronimus de Comitibus q. Ambrosii;

magnificus Baptista Mutius q. Benedicti;

Antonius Balbus q. Augustini suo nomine proprio et nomine et vice Augustini fratris
sui, et pro Pantaleone Balbi q. Dominici, pro quibus de rato habendo promissit et
promittit etc., sub etc.;

Nicolaus de Guidobonis Stephani;

Ioannes Pasturinus q. Pauli;

Andreolus Vigerius q. Nicolai;

Ioannes Antonius de Cabella;

¹ Due nomi mancanti nella copia seicentesca.

Nicolaus de Nigro q. Francisci

et Oliverius de Oliveriis q. Laurentii suo proprio nomine et nomine et vice Bartolomei eius fratris, pro quo de rato habendo promissit et promittit sub etc. dictis nominibus de quibus supra unanimiter et una voce dicentes nominis descriptis, sponte etc., constituti in mei notarii et testibus infrascriptis devenerunt ad infrascriptam conventionem et compositionem de qua infra scribentibus stipulantibus hinc inde inter universos quod omnes et singule expense facte in dicta lite de qua supra et que etiam fiende et necesse erunt fieri in dicta lite ut supra, usque in finem dicte litis quod solvere et exbursare debeant pro singulo eorum ad ratam, secundum eorum registrum.

Que omnia et singula etc. promiserunt attendere et observare, sub hipoteca etc., cum restitutione omnium damnorum etc., ratis et firmis etc. et proinde omnia eorum bona etc., iurantes etc., sub etc.

Declarato in presenti instrumento quia sic conventum extitit quod homines ville Cepuline et ville Montis Ieroli non tenentur et prout affinium non essent de expensis factis nec fiendis in lite molendini contra eos mota per dictum magnificum dominum Stephanum ut supra.

Acto pacto expresso etc.

Quicumque sic et ita ut voluerunt et volunt et ita etc. dicti homines ut supra quod consules veteri et consules novi loci Ronchi et villarum in hac causa possint et valeant elligere duo vel tres homines ex ipsis hominibus de quibus supra ut melius ipsis videbitur, qui homines ellecti ab ipsis consulibus ut supra possint et valeant et curam habeant accipiendi sumendi merces seu pecunias et ipsius melius videbitur et placuerit, tam ad tempus quam de numerato pro deffendendo dictam litem de qua supra usque ad finem, et si aliquis ex ipsis contrafecerit aut quod dixit non observaret teneatur ad omnia damna qua pati contingerent suprascripti homines et tota dicta universitas. Et quod pro omnibus contentis in presenti instrumento possint et valeant ubicumque convenire coram quovis iudice et pro predictis attendentes etc.

Ratificantes proprio foro etc.

De quibus omnibus requisitus per me Nicolaum de Guido notarium.

Actum Ronchis, in strata publica ante domum magnifici domini Stephani Spinule, anno a Nativitate Domini 1535, indictione tertia, die prima iunii, hora vigesima secunda vel circa.

Testes Ioannes Maria de Anellis q. Ioannis et Oliverius de Oliveriis q. Francisci, ad premissa vocatis etc.

Extractum est prout supra.

Copia. Nicolaus de Guido notario.

WWW.CESECU.IT

Inv. 268, doc. s.n.

Presa di possesso della metà del luogo di Ronco da parte di Stefano Spinola, e giuramento di fedeltà degli uomini del luogo. 1544, 29 maggio.

Su mandato di Antonio de Agata, podestà del luogo di Ronco, delle pertinenze e della villa "Monti Girolli", secondo la richiesta presentata da Stefano Spinola di Paolo, signore della Rocca, che esibisce il documento di vendita fatta da Simone Spinola q. Giovanni Battista, "eius socerum", di castello, corte, luogo e territorio della giurisdizione di Ronco e delle pertinenze, e di tutti i beni, diritti, azioni, redditi, proventi e decime spettanti, "cum mero et mixto imperio et gladii potestate", gli abitanti del luogo riconoscono Stefano Spinola come signore e padrone di ogni terra e pietra ("terra et lapidibus"), con pedaggi e mulini, affiti e redditi, proventi e introiti. Inoltre, tutti gli uomini, sudditi e affittuari elencati, a nome proprio e degli eredi e successori, giurano fedeltà al feudatario.

Atto rogato dal notaio Nicolò de Clericis di Arquata q. Gaspare; testimoni Domenico Spinola q. Guglielmo "ex condominis Buzalle", padre Lazzaro "de Molinariis de la Cabella" q. Giovanni e Oberto de Silvaritia q. Napoleone.

In nomine Domini, amen. Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo quadragésimo quarto, inditione secunda, die iovis vigesima nona mensis maii, hora tertiarum in circa, in loco Ronchi, videlicet in sala domus magnifici domini Steffani infrascripti, alias magnifici domini Simonis in qua etc., penes quem iura redduntur, congregati infrascripti homines subditi et vassalli in infrascripta domo in qua consueverunt congregari, de mandato egregii domini Antonii de Agata, potestatis locus Ronchi et pertinentiarum et totius ville Montis Girolli sum sua iurisdictione etc., audita requisitione facta per magnificum dominum Stephanum Spinulam, filium magnifici domini Pauli, domini Roche, qui exhibuit et exhibet coram prefato domino potestate et hominibus infrascriptis instrumentum venditionis eidem facte per magnificum dominum Simonem Spinulam q. domini Ioannis Baptiste eius socerum, requirentem observationem instrumenti emptionis seu venditionis facte per prefatum magnificum dominum Simonem ipsi magnifico domino Stephano, exhibito etc., quod etiam exhibet, se immitti in corporalem tenutam et possessionem seu quasi castri, curie, loci et territorii iurisdictionis Ronchi ac pertinentiarum et totius ville Montis Girolli et sua iurisdictione ac

omnium et singulorum bonorum, iurium, actionum, reddituum et proventuum et decimarum ipsi domino Simoni quomodocumque et qualitercumque spectantium et pertinentium, cum mero et mixto imperio et gladii potestate et omnimodam iurisdictionem et omnibus regaliis et personalibus et omnibus proventibus et emolumentis sibi fieri et prestari ac dare debitum, homagium et fidelitatis iuramentum. Quo instrumento lecto et commissione horetenus per prefatum magnificum dominum Simonem eidem domino Antonio ut supra potestate declarata, ipsis hominibus auditibus [*sic*], prefati dominus potestas et homines et quam debuerunt et debent reverentiam susceperunt ipsumque dominum Stephanum presentem et acceptantem in eorum dominum et patronum, in omnibus et pro omnia prout et sicut recognoscebant prefatum magnificum dominum Simonem, acceptaverunt et acceptant obtuleruntque se paratos, iuxta formam dicte commissionis et instrumenti, facere, adimplere et exequi, ipseque dominus potestas prefatum magnificum dominum Stephanum in possessionem castri, territorii et iurisdictionis omnimode dicti loci Ronchi induxit accipiens de terra et lapidibus eiusdem loci, et pariter induxit penes dictam domum sub curia et in curia ubi ius et iustitia dicti loci redditur, in quo dedit in signum vero possessionis et in dictam domum pariter solite residentie prefati magnifici domini Simonis, nec non ad locum ubi pedagium colligitur et qui pedagierius seu collector ipsum magnificum dominum Stephanum in dominum recognoscunt et recognoscit, et similiter ad molendina ac serra et demum ad omnes alias terras et possessiones quoquo modo spectantes et pertinentes prefato magnifico domino Simoni, tam in iurisdictione Ronchi quam in tota villa Montis Giroli et tota sua iurisdictione, cum suis fictibus et redditibus, proventibus et introitibus, et de qua apprehensione possessionis rogaverunt me notarium confici debere publicum instrumentum in presentia infrascriptorum testium.

Insuper infrascripti homines, subditi et fictabiles qui erant prefati magnifici domini Simonis, constituti coram prefato magnifico domino Stephano, sedente super quadam catreda [*sic*] in sala dicte domus et super genu habente sacrosancto Evangelio in quodam missale ibidem aperto, et quod in manibus suis tenet, genibus flexis, manibus utrisque super dicto sacrosancto Evangelio, iuraverunt et iurant quod ab hac ora in antea ipsi et unusquisque ipsorum per se et suos heredes et successores usque in ultimum vite, erunt fideles, iusti ac constantes prefato magnifico domino Stephano, heredum et successorum suorum quorumcumque, tam masculorum quam feminarum, contra omnem

hominem mundi et quemcumque scienter erunt in consilio vel auxilio vel in facto seu dicto quod prefatus magnificus dominus Stephanus amittat personam vel vitam aut membrum aut honorem suum aut quod mala captione detineatur aut recipiat aliquam iniuriam vel convenientiam, etsi ad ipsorum vel cuiuslibet ipsorum notitiam aut scientiam pervenerit quod aliquis aliquid predictorum contra prefatum magnificum dominum Stephanum vellet committere, facere vel attentare, ut non fiat pro posse prestabunt impedimentum et disturbabunt, alioquin quod citius poterunt per se ipsum vel ipsos vel per proprium vel per litteras proprias ipsi magnifico domino Stephano nunciare curabunt iurisdictionem quam habet et terram pro posse ipsorum manuteneant iuvabunt et defendere et aliam terram acquirere et consilium et auxilium suum quod ab ipsis petierit dabunt secreta eius ab eo commissa nullis sine sua licentia manifestabunt, et si contigerit ipsam rem aliam quam habet vel habebit iniuste vel fortuito casu amittere eam pro posse recuperare iuvabunt et recuperatum retinere, et si sciverint ipsum magnificum dominum Stephanum velle iuste aliquem offendere et inde generaliter vel specialiter fuerint requisiti suum sicut poterint auxilium prestabunt hoste, et cavalcantem facient ipsumque magnificum dominum Stephanum in omnibus suis mandatis obediens et ipsius amicos pro amicis tractabunt et inimicos pro inimicis et demum personam ipsius et heredum suorum quorumcumque et bona ac res defendere et salvabunt cum armis et sine armis prout ac sicut fuerit expediens, omnes avarias et perangarias reales et personales ac mixtas facient pedagia, collectas et alia onera, exemptiones, immunitates, munera, indulta et quecumque omnia alia et singula servabunt, facient et adimplebunt, prout et sicut faciebant prefato magnifico domino Simoni et in omnibus et per omnia prout et sicut fuerunt et sicut ipsi magnifico domino Stephano per serenissimum Imperatorem concessa et omnia aliaque spectabunt et spectant vigore quorumcumque privilegiorum eidem concessorum ex causa vel alia de causa super dictis castro, iurisdictione et territorio dicti loci Ronchi et totius ville Montis Giroli ac tota sua iurisdictione et demum prout et sicut tenentur ex forma antique et nove fidelitatis et de consuetudine aut usu aut stilo aut ritu vel de iure etc.

Qui magnificus dominus Stephanus prefatus acceptat prefatam fidelitatem et predicta omnia et singula etc.

Et semper salvis, predictus promissit et promittit dictis hominibus presentibus, stipulantibus et recipientibus pro sese et heredibus et successoribus manuteneant et

observare ea omnia que prefatus magnificus dominus Simon promisserat et faciebat versus ipsos ante prefatam venditionem etc., obligantes etc., renuntiantes etc.

Et quorum nomina hominum qui iuraverunt sunt hec:

dominus Antonius de Agata q. Blasii,

Bartolomeus de la Cabella q. Dominici de Scabiolis,

Io. Baptista de Agata q. alterius Ioannis,

Batestolus Balator q. Obertini,

Iulianus Ballus q. Ioanotoli,

Iacobus de Agata q. Christoffari,

Lucas filius Ambrosii Balbi cum consensu patris sui,

Pellegrus filius Andreoli Malvaxii cum consensu patris sui,

Nicolaus de Barberiis q. Andree,

Antonius de la Mereta q. Damiani de Lagoriis,

Ioannes de Pasturinis q. Pauli Fuxarii,

Antonius de Racha q. Damiani,

Laurentius Bracha q. Iacobi,

Obertinus de Guidobono q. Ricardi,

Petrus de Guidobono q. Ricardi,

Bartolomeus Guidobonus q. Antonii,

Baptinus de Raffinellis q. Ioannis,

Bartholomeus Becchus q. Ioannis,

Hieronimus de Comesi q. Obertini,

Io. Hierominus de Gati q. Simonis,

Bartolomeus Tavella q. Laurentii,

Sentinus de Crementi q. Antonii,

Dominicus de Calderola q. Obertini,

Io. Hieronimus de Saonino q. Hieronimi,

Nicolaus de Nigro q. Franceschini,

Franciscus de Guidobonis q. Antonii de Sepulina,

Nicolaus de Balestrino q. Bartolomei de Sepulina,

Bartolomeus Gattus de Sepulina q. Pagani,

Io. Augustinus de la Cabella q. Petri,

Nicolaus Gattus de Montegirello q. Ioannis,
et inde de predictis tam prefatus magnificus dominus Stephanus quam prefati homines
singula singulis congrue refferendo mandaverunt et rogaverunt per me Nicolaum de
Clericis notarium infrascriptum fieri prefatum instrumentum.

Actum ut supra, presentibus magnifico domino Dominico Spinula q. domini Guglielmi
ex condominis Buzalle, domino p. Lazaro de Molinariis de la Cabella q. Ioannis et
magnifico Oberto de Silvaritia q. Neapolionis, testibus notis et ad premissa idoneis,
vocatis et rogatis.

Ego Nicolaus de Clericis de Arquata q. domini Gasparis, publicus apostolica et
imperiali autoritatibus notarius supradictam apprehensionis possessionem et fidelitatis
interfui ut supra fieri iussum rogatus scripsi et extraxi et in hanc publicam formam
subscripsi cum appositione mei soliti tabellionatus signi de fide premissorum.

WWW

○

CESECU

Inv. 268, doc. s.n..

Giuramento di fedeltà fatto dagli uomini di Roccaforte a Stefano Spinola. 1596, 2 maggio.

Dopo la morte del marchese Napoleone seniore e di Paolo, Stefano, Napoleone iuniore e Raffaele, gli abitanti di Roccaforte e della giurisdizione, elencati nel documento, riconoscono Stefano Spinola come unico signore e padrone, e prestano giuramento di fedeltà, anche a nome dei successori.

Atto rogato a Roccaforte dal notaio Andrea Animella q. Agostino di Spezia; testimoni maestro Agostino Crocco q. Lorenzo di Villavecchia di Ronco, Innocenzo Clerici q. Francesco di Arquata, e Raffaele Beccario di Antonio di Serravalle.

+

In nomine Domini, amen. Anno a Nativitate eiusdem millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, indictione nona, die vero iovis secunda mensis maii, circa hora meridiei.

Infrascripti homines loci Rochefortis et villarum ac totius eius iurisdictionis, congregati et coadunati in infrascripto loco, infrascripta occaxione, dicentes et proptestantes quod sunt et representant maiorem partem communium et hominum dictorum locorum Rochefortis, villarum et totius eius iurisdictionis, et quod ad presens non est alius in dictis locis vel aliquo ex eis qui ad infrascripta commoda possit accedere, scientes omnes et vere cognoscentes sese eorumque respective patres, avos et antecessores semper fuisse fideles subditos et homines q. multum illustris domini Neapolionis Spinule senioris, olim domini et patroni predictorum locorum Rochefortis, villarum et totius eius iurisdictionis, et q. multum illustris domini Pauli filii dicti q. multum illustris domini Neapolionis senioris, et q. multum illustris domini Stephani filii dicti q. multum illustris domini Pauli, et q. multum illustrium dominorum Neapolionis iunioris et Raphaelis, fratrum et filiorum dicti q. multum illustris domini Stephani, et ob mortem predictorum dominorum Neapolionis senioris, Pauli, Stephani, Naepolionis iunioris et Raphaelis, fratrum et filiorum dicti q. multum illustris domini Stephani, et ob mortem predictorum dominorum Neapolionis senioris, Pauli, Stephani, Neapolionis iunioris et Raphaelis, dominium, possessionem et tenutam predictorum locorum Rochefortis villarum et totius eius iurisdictionis spectare et pertinere multum illustri domino

Stephano Spinule filio dicti q. multum illustris domini Neapolionis iunioris, unico descendente dicti q. multum illustris domini Neapolionis senioris et eius proximiori agnato, et volentes predicti et infrascripti homines dictorum locorum Rochefortis, villarum et totius eius iurisdictionis facere ea omnia ad que tenentur, per sese et eorum respective heredes et successores predictum multum illustrem dominum Stephanum Spinulam filium predicti q. multum illustris domini Neapolionis iunioris, presentem et acceptantem, recognoverunt et recognoscunt in eorum et cuiuslibet eorum et dictorum locorum Rochefortis, villarum et totius eius iurisdictionis dominum et patronum, subiicentes sese eorumque filios, heredes et successores ut supra iurisdictione dominio et obedientia predicti multum illustris domini Stephani eius q. filiorum et heredum ac successorum etc. Et insuper constituti coram predictum multum illustre domino Stephano flexis genibus et capitibus denudatis delato prius eisdem et cuilibet eorum iuramento per predictum multum illustrem dominum Stephanum qui iuraverunt manibus corporaliter tactis sacrosanctis Evangeliiis in manibus predicti multum illustris domini Stephani presentis, stipulantis et recipientis pro se et heredibus et successoribus suis, et mihi notario infrascripto tamquam persone publice stipulanti et recipienti pro eisdem; quod predicti homines et quicumque eorum successores ab hodierna die in antea erunt fideles subditi et debitam obedientiam et subiectionem prestabunt eidem multum illustri domino Stephano eiusque heredibus et successoribus in perpetuum, quodque predictum multum illustrem dominum Stephanum eiusque heredes et successores et eorum bona et iura conservabunt et deffendent et conservari et deffendere adiuvabunt totis viribus nec tractabunt nec tractare permitent pro eorum posse aliquid quod cadat seu cadere possit in periculum, damnum, incommodum et iacturam predicti multum illustris domini Stephani eiusque heredum et successorum tam in res et bona quam in persona et personis, quinimo si quid predictorum tractari sciverint vel audiverint se offerent et obstabunt pro eorum posse et quam citius poterunt illum eidem multum illustri domino Stephano eiusque heredibus et successoribus pronuntiabunt et propalabunt prout melius potuerunt et quicquid eisdem et cuilibet ex eis secreto dixerit predictus multum illustris dominus Stephanus et eius heredes et successores illud secretum et fideliter tenebunt nullique manifestabunt verbis vel metu seu aliter, absque licentia et voluntate predicti multum illustris domini Stephani eiusque heredum et successorum, et quod non erunt in aliquo consilio vel tractatu in quo predictus multum illustris dominus Stephanus vel eius

heredes et successores vitam, membrum vel honorem amittat vel damnum seu incommodum patiat, ceteraque omnia et singula dicent et facient ad que de iure et ex forma utriusque fidelitatis veteris scilicet et nove tenentur et debent et que prout quilibet fidelis, vassallus et subditus tenetur et debet domino suo.

Nomina quorum hominum sunt infrascripta, et primo

Franceschinus Moccafigne q. Antonii de Roccaforte

Bartholomeus eius filius

Roccus Romanus q. Mathei

Manfrinus Romanus q. Ioannis

Gibertus et Iacobinus eius filii

Ioannes Blancus q. Pasquini

Stephanus de Flore q. Ioannis

Tomasinus de Ferrariis q. Baptiste

Meghinus Serratus q. Augustini

Ioanninus Serratus q. Iacobini

Baptista Bellonus q. Ioaneti

Benedictus de Flore q. Ioannis

Augustinus Serratus q. Stephanini

Georgius Bellonus q. Meghini

Augustinus eius filius

Alegrinus Casalis q. Ioannis

Augustinus et Luchinus eius filii

Bernardinus Blancus q. Baptistini

Baptistinus Blancus q. Antonini

Opicius Blancus q. Pauli

Bartholomeus eius frater

Ioannes Baptista de Flore q. Bartholomei

Antonius Cagliarius q. Bartholomei

Gerardus Serratus q. Andree

Laurentius Casalis q. Bernardi

Georgius Blancus q. Antonini

Iacobinus Bellonus q. Antonini

Ioannes Baptista Guglielmonus q. Bartholomei
Antonius eius filius, omnes de Roccaforte.
Guglielmus Navonus q. Iacobi de Villa
Iacobus eius filius
Villa Tonsus q. Ioannis de Villa
Antonellus Tonsus q. Christoffori de Villa
Ioaninus de Vicariis q. Arati de Villa Sarati
Ioannes Tonsus q. Antonii de Castagneto Longo
Io. Andreas de Barca q. Iacobeti de Castagneto Longo
Ambrosius de Sarà q. Simonis de Villa Sarati
Meghinus Navonus q. Georgii de Villa
Iacobinus Tonsus q. Antonii de Villa
Dominicus Tonsus q. Alegrini de Castagneto Longo
Guglielmus Tonsus q. Ioannis de Castagneto Longo
Augustinus Cellotus q. Georgini de Ricolo
Laurentius eius frater
Bertinus de Ioanotis q. Bartholomei de Ricolo
Iacobinus de Ioanotis q. Georgii
Ioaninus de Rolandis q. Augustini de Costa
Iacobinus de Comotis q. Antonii de Rippa
Franciscus de Comotis q. Guglielmini
Alegrinus Comotus q. Georgii
Antonius eius frater
Gregorius Rubeus q. Andree
Marchinus eius filius
Battistinus de Rubeis q. Iacobi
Rippa de Rubeis q. Georgii
Franciscus de Rubeis q. Nicoloxini
Andreas eius filius
Perrinus Carinus q. Stephanini
Ioannes Maria eius frater
Baptista Carinus filius Ioaneti

Bartholomeus Carinus q. Mathei

Paulinus de Rubeis q. Bernardi

omnes de Rippa.

Rolandus de Rolandis q. Stephani de Costa

Augustinus de Rolandis filius Ioanini

Ioannes Maria de Celotis q. Georgini

Ioannes de Vicariis q. Stephanini

Stephaninus de Vicariis q. Christoffori

omnes de Costa.

Franciscus Madius q. Andree de Corte

Ioannes Antonius eius frater

Laurentius Madius q. Ioannis

Baptista Madius q. Iacobi

Matheus Madius filius Ioannis

Matheus Madius q. Iuliani

Guglielmus Madius q. Stephanini

Stephaninus eius filius

Baptista Collanus q. Domenichini

Manfrinus Collanus filius Bertole

Iacobinus Madius filius Ioannis

omnes de Corte.

Petrus q. Bertoni de Magliolo

Antonius eius frater

Antonius Cogus q. Io. Marie de Chiapella

Iacobinus Ghiglinus q. Ioannis

Ioannes Ghiglinus q. Comini

Augustinus Guglielmonis q. Petri

Bernardinus eius frater

Baptinus Cogus q. Bertoni

Hieronimus de Azelis q. Petri

Bernardus de Azelis q. Ioannis Marie

Antonius de Gugliemonis q. Guglielmi

Bartholomeus de Azelis q. Francisci

Baptista eius filius

Dominichinus de Magliolo q. Bertoni

Morellus de Coquis

omnes de Chiapella.

Antonius Morellus q. Luchini de Rocheta

Ioannes Cogus q. Mathei

Simon eius frater

Bernardinus Cogus q. Iacobini

Dominicus Marrugus filius Laurentii

Georgius Marrugus eius frater

Iacobus Marrugus q. Lazari

Antonius Marrugus filius Baptistini

Alegrinus Marrugus eius frater

Benectinus Marrugus q. Bertolini

Togninus Marrugus q. Antonini

Laurentius Cogus q. Francescoli

Augustinus Cogus q. Bartholomei

Augustinus Molinarius q. Lazari

omnes de Rocheta.

Doninus de Ponte q. Iuliani de Paliario

Bastianus de Ponte q. Ioannis Andree

Cesar Medicina q. Pantalini

Nicoloxius de Ponte q. Francisci

Io. Baptista Medicina q. Ioannis Angeli

Io. Maria Medicina q. Antonieti

Ioaninus Cellotus q. Bertini

Baptista Cellotus eius frater

Io. Antonius de Ponte q. Marcheti

Contardus Medicina q. Tognini

Togninus de Ponte q. Guglielmi

Antonius de Ferrariis q. Iacobi aliter Borrella

Contardinus Medicina q. Io. Augustini
Dominicus Medicina q. Ioannis Augustini
Bernardus Cellotus q. Dominichini
Bernardinus de Ponte q. Francisci
Doninus eius frater
Luchinus Medicina q. Tognini
omnes de Paliariis.
Ioannes Andreas Cogus q. Bartholomei de Susula
Ioanotus de Ferrariis q. Iacobi de Susula
Pasqual Cogus q. Stephanini de Susula
Nicoloxius Blancus filius Megatii de Susula
Andreas Bollus q. Antonini de Borassio
Baptista et Augustinus eius filii
Laurentius Valacus q. Baptiste
Bertola Bollus q. Augustini
Laurentius Lanfrancus q. Ioaneti
Bertola Bollus q. Augustini
Laurentius Lanfrancus q. Ioaneti
Augustinus eius filius
Augustinus Ferrarius q. Mathei
Simoninus Bixius q. Baptistini
Baptistinus eius filius
Antonius Valacus q. Luce
Baptistinus Ferrarius q. Ambrosii
Laurentius Ferrarius q. Gregorii
Ioanetus Ferrarius q. Perrini
Ioannes Ferrarius q. alterius Ioannis
Stephaninus Bixius q. Mathei
Antonius Ferrarius q. Gregorii
Baptista Ferrarius q. Iacobini
Ioannes Ferrarius q. Petri
Antonius Ferrarius q. Iacobini

Marchinus de Lanfranchis q. Barthomelini
Augustinus de Lanfranchis filius Laurentii
omnes de Borassio.

Antonius Tegaldus q. Damiani de Avio

Bertola Tegaldus q. Antonii

Iacobus Tegaldus q. Petri

Franciscus Tegaldus q. Laurentini

Baptistinus Rebuffus q. Dominichini

Henricus Rebuffus eius frater

Iacobinus Rebuffus alter frater

Bartholomeus Tegaldus q. Andree

Ioannes Paulus Tegaldus eius frater

Bartholomeus Tegaldus q. Damiani

Doninus Tegaldus q. Tegaldi

omnes de Avio.

Franciscus Rebuffus q. Luchini de Bregni

Ioannes Antonius eius frater

Dominicus Castellanus q. Ioannis

Antonius Marrugus q. Iacobini

omnes de Bregni.

Bertonus Gatus q. Georgii de Dova

Paulus de Solario q. Vincentii

Dovaninus de Solario q. Iacobini

Gregorius Bava q. Bertole

Simon Bava q. Benectini

Baptista Bava filius Stephanini

Guglielmus Bava q. Doanini

Antonius Bava q. Pantalini

Antonius Bava q. Chichini

Currenus Bava q. Baptiste

Ioannes Antonius Bava q. Baptiste

Petrus Bava q. Ioannis

Perrinus Tambutus q. Antonii

Guglielmus Tambutus q. Martini

Bartholomeus Bava q. Michaelis

Gregorius Gatus q. Oberti

omnes de Dova.

Dominicus Fontana q. Antonii de Fegino

Ioanetinus Fontana eius frater

Franciscus Fontana filius dicti Ioanetini

Antonius Fontana alter filius dicti Ioanetini

Antonius Fontana q. Marcheti

Nicoloxius Fontana filius Ioanini

Matheus Fontana q. Marci

Ambrosius Fontana filius Bartholomei

Ioanetus del Barba de Turre q. Meghini

Dominichinus Belforte q. Donini

Io. Baptista Belforte, nomine Iacobini eius filii

Blaxius de Tocalis q. Pauleti, omnes de Fegino.

Que omnia et singula supra predicti omnes homines et persone de quibus supra, et ut supra per solemnem stipulationem promisserunt et convenerunt eidem multum illustri domino Stephano, presenti, stipulanti et recipienti pro se et heredibus ac successoribus suis predictis et mihi notario iam dicto stipulanti et recipienti pro eisdem, perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, attendere et observare et efficaciter adimplere et non contravenire vel contrafacere de iure vel de facto aliqua ratione vel causa, vel aliquo modo, casu vel iure sive ullo legum vel decretorum seu rescriptorum auxilio nec aliter, sub omnium damnorum, interesse et expensarum litis et extra, restitutione et refectione de quibus et eorum quantitate, et quod illa passa fuerint stari et credi debeat et ita consenserunt et consentiunt soli simplici dicto et assertioni prefacti multum illustri domini Stephani eiusque heredum et successorum, sine sacramento et onere probationis cuiuscumque et taxationis alicuius iudicis inde fiende et absque aliqua alia cause cognitione, sub pena dupli etc., qua pena etc., item refficere etc., rattis etc.

Pro quibus omnibus et singulis suprascriptis attendendis et firmiter observandis obligaverunt et obligant predicti omnes homines predicto multum illustri domino Stephano eiusque heredibus et successores mihi notario iam dicto stipulantibus et recipientibus ut supra, omnia eorum et cuiuslibet eorum et quorumcumque successorum suorum et abitantium et abitorum in dictis locis Rochefortis, villarum, iurisdictionibus et eorum pertinentiis bono presentia et futura etc.

Renuntiantes suprascripti homines et persone de quibus supra in omnibus et singulis premissis et quolibet eorum exceptioni predictorum non ita gestorum et promissorum et rei non sic vel non utiliter geste et exceptioni doli et metus conditioni indebite conditioni sine causa vel ex iniusta causa omnique alii exceptioni, defensionis, rationi, actioni et iuri que contra predicta vel aliquo eorum deduci possent vel allegari et cuilibet auxilio iuris et facti quaecumque sit ac legum auxilio que posset opponi et ex qua se tueri possent et legi dicenti generale renuntiationem non valere etc. Qui predictus multum illustris dominus Stephanus predicta admisit et admittit et obtulit et offert se paratum pro se et heredibus ac successoribus suis et ut supra perpetuo dicere et facere, ea omnia et singula ad que tenetur et debet de iure etc. De quibus omnibus etc.

Rogaverunt me Andream Animellam notarium etc.

Actum in suprascripto loco Rochefortis, in sala palatii predicti multum illustris domini Stephani Spinule, presentibus ibidem magistro Augustino Crocho q. Laurentii de Villa Veteri ex villis Ronchi, Innocentio Clerici q. Francisci de Arquata, et Raphaele Beccario filio Antonii de Serravalle, testibus vocatis et rogatis etc.

[*Signum Notarii*] Ego Andreas Animella q. domini Augustini de Spedia, domini serenissime Reipublice Genuensis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus dum sic ut supra fierent et agerentur interfui, eaque rogatus fui a suprascriptis partibus scribere scripsi, et de dictarum partium voluntate coram suprascriptis testibus publicavi, et in hanc publicam et authenticam formam redegi. In premissorum omnium et singulorum fidem et testimonium signum mei tabellionatus cum nomine apposui etc.

Inv. 646, doc. s.n.

Concessione a Stefano Spinola e ai suoi successori, da parte dell'imperatore Rodolfo II, del privilegio di battere monete, d'oro, argento e rame. 1608, 11 maggio. Copia datata 1647, 24 dicembre.

